


nullo modo exprimi possunt, quales sunt radices numerorum non quadratorum, aut non cubicorum quæ neque per diuinam potentiam in numeris exhiberi valent, cum id implicet. Quo quid admirabilis? inquit. *Quis enim credat posse scrii demonstrationem, quid ex radice quadrata numeri 8 ad radicem quadratam numeri 18. adiecta producatur, cum utraque radix sit incognita, nullaque ratione possit exprimi, illa enim paulo minor est, quam 3; hac paulo maior, quam 4. & tamen summa, quæ fit ex utraque. Colligitur ex vi proposit. 4. li. 4. element. radix quadrata numeri, 50. quæ paulo maior est quam 7. Adde quod ex 12. & 13. prop. area, & quantitas cuiuslibet trianguli exquisitissime cognoscitur, ex qua deinde cognitione genus omne magnitudinis effluit. Ultima deni-*

Excellentes  
sunt propo-  
sit. 4. 12. 13.  
& vitima  
libri 2.

que prop. omnis figura rectilinea, quantumuis irregularis, velutiam plures ad quadratum facillimo negotio reducuntur. Libet vero paucas in medium afferre, & explicare, ut illam utilitatem à nobis decantatam veram esse demonstremus.

In primo libro prop. 36. legimus, quod merito quis Prop. 35.  
mirari possit, nempe parallelogramma, quæcumque L. 1. expli-  
que fuerint, super æquilibus basibus, & in eisdem  
catur. parallelis constituta, inter se æqualia esse. ut  $\overline{AB}$  sit  
 $\overline{CD}$ , &  $\overline{AD}$  sit  $\overline{BC}$ ; &  $\angle A$  sit  $\angle C$ , &  $\angle B$  sit  $\angle D$ . Ex quo præter multa, quæ Geometræ  
concludunt, theologi quidam aiunt angelum  
a cœlis usque ad terram fere posse extendere,  
supponamus enim angelum aliquem in hoc pri-  
mo parallelogrammo A. B. sphaeram actiui-  
tatis, & locum definitiuum constituta habere,



Hinc satis  
ostenditur  
Geometrii  
plurimum  
ad Theolo-  
gica con-  
ferre.

dico parallelogramnum aliquod huic æquale dari posse, quod ab empyreo celo vsque ad nos pergit; enim quo ponamus lineam A E & C F à terra vsque ad ultimum cælum extendi; dico quantitatem parallelogrammi A B vsque ad illud pretendi posse, siquidè facilè possim à puncto C & B dicere parallelogramnum ad cælum vsque; quod vt vniusquisque concipiatur, supponamus intelligentiam causa in E & F cælum ultimum definere, & angelum esse, vel in E in patria, vel in C nobiscum in terra; eadem extensione, quæcunque illa sit, seu sphœra actiuitatis retenta, poterit ab uno loco in alium se se extendere. Quia ratione possent Angelii nobis adesse, licet in celo remanenter possent & dæmones in inferis existentes hic adesse, vt nos tentationibus imperterent, vt iam cælesti obiectio, quomodo angelii beati sint, cum versantur apud nos, quomodo dæmones igne tartaro crucientur, dum hic degunt. Enimvero parallelogramum C B G E æquale est parallelogrammo A C D B, quod ex hypothesi suo modo replet angelus, vel in quo præsentem per vbi angelicum se constituit.

Ex illiusparallelēlogrāmia intelligentia Deī esse probatur.

Quis iam Artheon non fatebitur ingenium  
humanum hæc omnia visibilia ingenti spatio su-  
pergredi, & extra mundum hunc auctoritatem ali-  
quid admittendum esse? mentis enim actus illuc eu-  
lat, atque saltē facetur illic aliquid esse posse, quod  
infinity sit, cū autem nullum infinitum queat  
esse possibile, nisi aliquod infinitum actu suppona-  
tur, cuius potentia illud possibile esse dicatur, ne-  
cessarium est, ut illud infinitum actu præcedat, nō  
aliquo tempore, sed ab eterno, idque necessarium:  
enim quo si non esset ab eterno, nunquam esse  
posset, quomodo enim inciperet?

Placet verò, licet, obiter ostēdere, quānā voluptate Geometriā sui studiosos perfundat ex prop. 47.

l.1. quam cum inuenisset Pythagoras, referente Vi-  
truiuo l.9. Mulsis hostias immolauit, & iuxta quos-  
dam hecatombem, licet iuxta Proclum bouem  
vnum obtulerit, tantumque gaudio affectus est, ut  
extra serapi quodammodo videretur. Quod bene-  
ficio trium numerorum fertur inuenisse; 3. 4. 5. in  
quibus deprehendit numerum quadratum maio-  
ris, & quemadmodum quadratis numeris reliquorum,  
quod lineis accommodauit triangulum scalenum  
eligo, cuius latus maximum in 5. partes aequali-  
es, minimum in tres, & tertium in 4. prioribus  
aequalibus diuididerat, adeo ut angulum sub his duo-  
bus lateribus contentum rectum esse viderit, idq;  
in 6. 8. 10. in 9. 12. & 15. &c. fieri obseueruit, & in  
omnibus postea triangulis latera iuxta praedictos  
numeros habentibus, idem cum ingenti gaudio  
demonstravit: idemque reperies in omnibus nu-  
meris, qui manabunt ex horum trium 3. 4. 5. dupli-  
catione, triplicatione, & sic in infinitum. Videar-  
tur Euclid. l.6. prop. 31. qua quia recidit cum pro-  
positione Pythagorica, eam hic apponam ob mag-  
noscens, quos habet, & ingentem delectationem,  
quam affert. εν τοις ὀρθογωνίοις τετράγωνοις, τὸ δέ τοις τὴν  
ὅπην γωνιαν τὸν πεντεύοντα πλευράς έχον, οὐτοὶ δέ τοις τὴν τρίτην  
οὕπην γωνιαν τοις τετρεύοντα πλευρών είσεσθαι τοῖς ὄποισι καὶ  
ὅπαισι διάτετρα φέρονται. 1. in rectangulis triangulis fi-  
gura quaevis a latere rectum angulum subtenden-  
tibus descripta, est aequalis figuris, quæ priori illi simi-  
les, & similiter posita a lateribus rectum angulum  
subtendentibus describuntur, ut in subiecta figura  
patet, in qua plurima declarantur, quæ forsan  
Atheos a nūgis, & impietate reuocare, & ad Deum  
adducere poterunt.

Nec credo abs refuerit, si quādā arcana Geometrica referaro, ut pīj, qui hāc legerint, inter adeō longa cum Atheis certamina paululum recreentur. Hac ergo figura,